

iudex Sanson de Theopaldis

81

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

iudex Sanson de Theopaldis

81

1492-03-03

† In nomine Domini nostri Iesu Christi amen.
Anno a nativitate eiusdem millesimo quatricentesimo
nonagesimosecundo. Regnante... Ferdinando de
Aragonia Dei gratia Sicilie, Ierusalem et Hungarie rege,
regnorum... eius anno tricesimotertio,... mense Martii,
die tertio eiusdem, decime indictionis, Matere.

Nos Sanson de Theopaldis de civitate Matere et ibidem
annalis... iudex, Iohannes Franciscus de Gorrisiis de
affata civitate... puplicus ubilibet per totum... regnum
Sicilie citra farum regia auctoritate notarius, dompnus
Franciscus de Nicto, diaconus Marianus de Acellone,
Nicolaus Salvagius de Hercole, Iacobus de Simone
et Iohannes dompni Blasii de Gaptino, testes... de
affata civitate,... notum facimus... quod... constitutis...
dompno Vito de Scalczonibus, de civitate Matere...
et... Iohanne Francisco de Scalczonibus de affata
civitate,... prefatus... dompnus Vitus... exposuit... debere
consequi... a supradicto Iohanne Francisco,... filio...
quondam... domini Tucii de Scalczonibus, sui nepotis,
nonnullas... pecuniarum quantitates ascendentes ad
summam unciarum centumquingenta vel circha,
expositas per eumdem dompnum Vitum in studio artium
liberalium et medicine ipsius quondam domini Tucii,
in emendis etiam libris necessariis in dicto studio, nec
non in doctoratu et privilegio doctoratus ipsius, pro
toto eo tempore quo dictus dominus Tuccius in studiis
predictis in regno et extra regnum permansit, mutuatas
quoque... sibi domino Tucio in diversis vicibus in
nonnullis necessitatibus ipsius, maxime in constructione
dorum eiusdem domini Tucii... Qui... dompnus
Vitus... subiunxit quod attendens... quam grata, quam
accepta, quam fructuosa servitia per eumdem quondam

dominum Tucium temporibus elapsis sibi prestita et impensa, amorem singularem et benevolentiam ac dilectionem plurimam, quam // ergo ipsum dominum Tucium eius nepotem gerebat et benemerito tempore quo in humanis agebat, attendens etiam servitia et beneficia que in sua decrepita etate cotidie tam ab eodem Iohanne Francisco, suaque consorte et familia recepit et habuit tempore prefuturo speratque maiora et obsequiosa percipere ab eis servitia usque ad ultimum sue vite, volens pro posse tot et tantis servitiis et beneficiis condigna stipendia rependere meritorum... remisit,... immo verius... donavit... prefato Iohanni Francisco... supradictas uncias centum quinquaginta... sibi... debitas ex causis predictis...

† Ego Sanson de Theobaldis qui supra annalis iudex predicta fateor vera esse et me subscripsi manu propria †
Ego dompnus Franciscus de Nicto qui supra testis testor
† Ego Iohannes de Ghactino qui supra testis testor